Carolina - Rinconera V.
Ord. del conuict.
73

STATVS CONTROVERSIÆ

PRÆDEFINITIONVM,

ET

PRÆDETERMINATIONVM CVM LIBERO ARBITRIO.

AVCTORE

F. I. M. DE RISPOLIS

Ordinis Prædicatorum.

PARISIIS,

Apud REGINALDVM CHAVDIERE, via
Iacobæa, ſub ſigno Scuti Florentiæ.

M. D. CIX.

Cum Priuilegio Regis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ILLVSTRI ADMODVM ET REVERENDISſimo D. D. Sebaſtiano Zameto, Abbati Iuliacenſi, &c.

F. IOANNES MATTHÆVS *de Riſpolis, S. P. D.*

NVLLA res me deterrere potuit (Abbas digniſsime) quo minus libellum hunc, difficillimas quæſtiones de præfinitionibus ac prædeterminationibus continentem, in lucem ederem, idque ſub tui nominis auſpiciis: audentiam dedit tua illa, ex nobiliſsimi Patris tui ſemine (cuius fauoris aura ſuauiter in omnes,

LIBER PRIMVS.

QVÆSTIO PRIMA.

Num dentur prædeterminationes & prædeſſinitiones æternæ.

SEMPER difficile fuit nouitiis Theologis, intelligere modũ quo ſancti Patres liberum arbitrium cum diuinis, prædeſtinatione & gratię efficacitatibus cõcordarint, cuiꝰ perdifficilis controuerſiæ ſubtiliſſimus Caietani intellectus fatetur ſe neſcire miſterium, non potens penetrare quomodo actiones, quæ à libero emanant arbitrio contingentes reſpectu hominis ſint ex vno capite, & neceſſariæ ſeu infallibiles ex parte Dei; & loquor de prdeſſinitione tum æterna tum etiam temporali. Æternam prædeſſinitio-

LIBER SECVNDVS.

Quæſtio ſecunda de auxiliis diuinis.

QVI negant præfinitiones, negant conſequenter prædeterminationes Phyſicas, & ſicut ſcientiâ mediâ negabant efficaciam diuinæ voluntatis, ita & eadem, negant efficaciam, & motiones Phyſicas diuinorum auxiliorum. Nam dicebat Suares, quòd ſcientia media ſupponitur vt neceſſarium fundamentum ab eis, ad declarandam efficacem vocationem, & totum diuinæ prædeſtinationis myſterium; cùm tamẽ non omnes Catholici illam ſcientiam,

Qui negãt præfinitiones negant prædeterminationes